



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

habetur in d. auth. ingressi. C. de sacros. eccles. & in d. c. in presentia. ibiq; latissime, quia huic fundamen-
to optime pluribus modis respondet Do. Cōsultor Io.
17 Baptista, & illi aliter ēt potest responderi, q̄ t̄ talis pro-
fessio facta à Do. Lucretia in infirmitate, & in ultimo
uita spiritus, ac eo tēpore, quo iā loquelam amiserat,
nō ualet, nec quicquā operatur ad p̄iudiciū Io. Bapti-
stae haredis, qui etiā ex forma statutorū Fauentia ipsi
Lucretie ab intestato succedere debet, ut dicit p̄fatus
Do. Cōsultor i suo cōsilio. Et quoad hūc effectū talis
professio, si uerū est, illā fuisse factā, nihil operatur, ut
colligit ex iis, quae uoluit Bal. in d. c. in p̄ntia. per tex. in
l. filia mea. ibique idem Bald. ff. solut. matr. & argu.
c. 2. de renūtia. ubi notabilem ponit decisionē: Et fa-
cit id, t̄ q̄d in simili uoluit Ange. in l. nuper. C. de natu.
lib. de eo, qui in ultimo uita spiritus cōcubinā despō-
sauit ad effectū, ut f̄r̄; ex ea nati legitimaretur, hoc n.
filiis legitimis, & naturalibus non nocebit, q̄a uidetur
factū in fraudē, & facit ēt t̄ id, q̄d uoluit Petr. de Anch.
19 in c. sicut. de regula. q̄ si ille, qui erat grauatus p̄ fidei-
cōmissum sub cōditione, si decederet sine liberis, cō-
stitutus in mortis articulo professionē in manibus ali-
quorū religiosorū fecerit, offerēdo se, & sui monaste-
rio, talis p̄fessio, & oblatio nō ualet, nec fidei cōmis-
sarijs p̄iudicat. & de hoc latissime posuit And. Barba.
in d. c. in presentia. col. 22. Et si diceretur, q̄ ex quo
qs. se, & sua obtulit, uidet nutu spiritus sancti, & bono
zelo inductus fecisse, ergo omnis fraus cessare debet.
argumēto. cap. duae sunt. 19. q. 2. & c. licet. de regul. ad
hoc respōdet ipse Barb. in d. c. in p̄ntia. nā quis quo
ad cōcēntia animā suā p̄sumatur h̄mōi facta bo-
no zelo, nō t̄n quoad ea, quae in p̄iudiciū alterius ter-
tij tēdūt, ut supra, & ibi habetur p̄ Barb. & alios, quos
ipse allegat. Ex quibus oībus unā cū p̄fato Do. Cōsul-
tore cōcludo, monasteriū nō posse petere residuū nō
dū sibi solum, & dictum Ioan. Baptistam esse ab il-
lius petitione absolendum, quinimmo monaste-
rium teneri restituere ipsi Ioanni Baptistae omne id,
quod ab eo recepit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Reseruatō vsusfructus donatori facta in donatione quid opere-
tur. & nu. 8.
Quid, si illi pactum constituti esset adiectum. num. 7. & 9.
- 2 Monasterium per ingressum religionis ipso iure, et facto absque a-
lia apprehensione, aliove facto acquiritur non solum dominii
bonorum ingressi, sed etiam illorum omnis possessio penes ingre-
dientem existens.
- 3 Monachus, & ingrediens monasterium quoad acquirendum aequi-
paratur seruo.
- 4 Vsusfructuario ingrediente monasterium, ilico vsusfructus, & pos-
sessio illius naturalis monasterio acquiruntur.
- 5 Ex pacto constituti possessio rei naturalis, & civilis transfertur.
- 6 Detinetur simpliciter, non autē possidetur, quando alius possidet.
- 7 Ex pacto constituti adiecto & reseruationi vsusfructus, & prece-
rio utraque possessio transfertur.
- 10 Professio per solam scripturam ipsius profitentis sufficienter pro-
batur.
- 11 Professio à furioso, & demente facta nulla est, nec profitemem, il-
lusq; bona obligat.
- 12 Et ut ex hoc vitietur, quid requiritur, & cui, & quomodo pro-
fitemem fuisse furiosum probandi onus incumbat.
- 13 Iesuatorum religio an sit approbata, & professio in illa facta an
liget. & num. 32.
- 14 Donatio facta ecclesiae etiam tumultuario mentis impulsus praefer-
tim ab eo, qui se monasterio dedicauit, ualet, & reuocari non
potest.
- 15 Donatio facta ecclesiae quando possit reuocari.
- 16 Professio facta in manibus non habentis ius incorporandi ordini,
nec potestatem recipiendi professionem est nulla, nec religioni,

seu ordini in specie obligat.

- 17 Professio ut valeat, & religioni in specie obliget, in manibus ca-
uus, & quomodo fieri debeat, & possit. Et an in manibus pri-
us. & num. 18.
- 19 Prior conuentualis potest cum conuentu obligare monasterium in
iis, ad quae monasterium est destinatum.
- 20 Professio ad obligandum aliquem religioni in genere in manibus
cuius fieri possit.
- 21 Professio in manibus cuius non obliget nec in genere, nec in specie.
- 22 Professio infra annum probationis in regula mendicantium facta,
& recepta solū in genere, & non in specie religioni obligat.
Et an, & quomodo id sit verum. nu. 31.
- 23 Religiosi sancti Augustini, & Iesuati an sint mendicantes. & nu.
24. & 25.
- 25 Mendicantes religiosi qui dicantur. & nu. 30.
- 26 Mendicantes an, & quando comprehendantur appellatione regu-
lae sancti Augustini, & quando non.
- 27 Mendicantes religiosi nō sunt, nec dicuntur illi, qui sunt pauperes.
- 28 Religiosi omnes regulares sunt pauperes, & paupertatem vouti,
& tamen non sunt mendicantes.
- 29 Ethymologie quando stetur, & quando non.
- 33 Interpretatio in fauorem religionis contra commodum priuatum
est facienda.

E P I T O M E.

MONASTERIO per donationem cum reseruatō-
ne vsusfructus & cum pacto constituti adiecto per in-
gredientem factam etiam ante professionem, & mul-
to magis sequuta professione, dominium, & utranq;
possessionem rei donatae ipso iure, & facto absq; ali-
qua apprehensione acquirit, nec donatē posse, rem
alij postea locando, monasterio praeiudicare.

Et professionem in religione Iesuatorum in mani-
bus prioris p̄uēntialis factā valuisse, & legitimā fuisse.

Et quomodo illa valide, & legitimē fieri possit, hūc
demonstratur.

CONSILIUM XXIX.

CONCLVDO fructus sequestratos penes mas-
sarium debere relaxari monasterio Iesuato-
rum, & illud cum satisfactione praestan-
da praefendum esse, excluso fratre Ioan.
Baptista, seu exclusis habentibus causam conduccio-
nis ab eo, & hoc ex statuto sub rubri. de sequestratio-
nibus, quod mandat, fructus sequestratos rei, de qua
lis pendet, debere relaxari vero possessori, cum satis-
factione de restituendis fructibus, & non detentatori,
& si verque asserat se possidere, illum esse praeferen-
dum, qui melius de sua possessione probauerit, sed
monasterium Iesuatorum dicitur in vera possessione
naturali, & civilis rei, de qua agitur, pars vero ad-
uersa simpliciter dicitur detinere, ergo &c. Quod sit
in possessione civilis, constat ex ipso instrumento, in
quo frater Ioannes Baptista donauit rem illam im-
mobilem, retento, & reseruatō sibi vsusfructu, t̄ per
quam vsusfructus reseruationem dicitur in monaste-
rium translata possessio civilis, naturalis vero reser-
uata ipsi donatori. l. qui quis. & l. si quis argentum. cū
ibi not. C. de donat. & habetur per doct. in l. 3. in prin-
cip. ff. de acquirend. posses. & per Alexand. in consil.
18. circa fin. volumi. 1. Quod etiam sit in possessione
naturali, clarē demonstratur quoniam dictus fra-
ter Ioannes Baptista tempore, quo religionem Iesuato-
rum ingressus fuit, & in ea expressam fecit profes-
sionem, possidebat rem donatam naturaliter ex
reseruatione vsusfructus sibi facta, ut supra dictum
fuit, & alia sua bona possidebat naturaliter, & ciuili-
liter, ergo t̄ possessio illa naturalis ipso facto, &
iure absque alia apprehensione per ingressum reli-
gionis

tionis fuit monasterio acquisita per text. & ibi And. Barba. in notabilibus post Innoc. & alios in c. in presentia. de probat. per Barto. in auth. ingressi. C. de factis. eccl. ubi per ingressum religionis ipso iure, & facto absq; alia apprehensione, & absq; alio facto acquiritur monasterio nedum dominium omnium bonorum ingressi, sed et illorum omnis possessio, quæ penes ingredientem erat, & ad propositum est gl. notabilis in c. si qua. 19. q. vlti. Quod suadetur, quia ingrediens monasterium, siue monachus quoad acquirendum æquiparatur seruo, vt per Bar. & Alexand. in l. 1. ff. de stipul. seruo. & in l. 1. §. per seruum. ff. de acq. poss. & p. Innoc. in c. cum olim. extra de priuilegiis. sed per seruum possessio domino immediatè acquiritur. d. l. 1. §. per seruum, ergo & per monachum monasterio, & sicut per seruum vsusfructus domino acquiritur. l. si. C. de vsufructu. ita de monacho quoad monasterium est dicendum: Et ideo si vsufructuarius monasterium ingrediatur, illico vsusfructus, & possessio naturalis, quam habuit iuxta l. naturaliter. ff. de acq. poss. acquiritur monasterio. l. placet. cum ibi not. ff. de acq. hered. & voluit Inno. in d. c. in presentia. in 2. gl. Bar. post glo. in d. authen. ingressi. in vlti. col. vlti. quæro, quid si ingressus. & ibi Bal. Alex. & ceteri, Specul. in titu. de statu mon. versi. 46. & Alex. in l. si ex causa. §. papinianus. in apof. ad Bar. ff. de mino. & sic non video, quomodo ad fauorem dicti fratris Ioan. Baptistæ, seu conducentis ab eo fructus sint relaxandi, cum non possit proprium habere, nec aliquid possidere, nisi nomine monasterij, cū per ingressum se, & omnia sua monasterio dedicauerit. c. cum ad monasterium. de statu mona. c. Abbates. 18. q. 2. & habetur in d. c. in presentia. cum ibi no. ¶ Secundo facit, nam ex quo dictus frater Ioan. Bapt. tpe donationis factæ constituit se nomine monasterij possidere, in monasterium dñ translatam possessio rei naturalis, & ciuilis iuxta no. per Bar. Alex. & cōter alios in l. quod meo. in l. interdum. & in l. quamuis. §. 1. ff. de acq. poss. l. quædam mulier. cū ibi not. ff. de rei vendi. & per Ant. de But. in c. cum venissent. de restit. spol. & in repetit. c. si in 14. colum. de caus. poss. & proprie. & Bart. expresse in d. authen. ingressi, ergo fructus monasterio, vt possessori sunt relaxandi, & non dicto fratri Io. Baptistæ, seu ab eo conducenti, ¶ qui ex prædictis solum dñ simpliciter detinere, & non possidere, ex quo alius, hoc est monasterium possidet. ar. l. si vt certo. §. si duob. vehiculum. ff. commoda. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. iuncta l. stipulatio ista. §. hæc quoq; ff. de ver. obl. præsupponēdo, q. seruus, & monachus quoad acquirendū æquiparentur, vt tenent doct. communiter, veluti supra dictum est. ¶ Nec aduersatur, q. donator sibi vsufructum reseruauerit, per quam reseruacionem dicitur sibi possessionem naturalem reseruasse. d. l. quisquis. & d. l. si quis cum similib. ex qua fructus ipsi vsufructuario acquiritur, sū quod declarat Bar. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. Quia ad hoc multipliciter respondetur, & primo, q. donator vltra reseruacionem vsusfructus constituit se possidere, per quod constitutum etiam iunctum reseruacioni vsusfructus transfertur vtraq; possessio, videlicet naturalis, & ciuilis, sicut qñ vltra precarium, ex quo sola naturalis solet retineri, factum fuit pactum constituti de possidēdo, vt voluit Bar. quæ alij sequuntur, in d. l. interdū, & in d. l. quod meo: & ideo sicut per constitutum de possidēdo factū eadem hora vltra precarium transfertur vtraque possessio, ita per constitutum factum vltra reseruacionem vsusfructus debet vtraque transferri, nec plus de his terminis operari reseruatio, quàm precariū, sicut enim per reseruacionem acquiritur sola naturalis. d. l. si quis cum similibus. ita per precarium acqui-

runtur, & debentur fructus illi, qui constituit se precario possidere. l. Iulianus. §. possessionē. ff. de act. empt. sū quod declarat Bar. in d. l. 3. §. ex contrario: & consequenter apparet, quod in casu isto generi per speciem non derogatur, iuxta c. generi. de regu. iur. in 6. & c. 1. extra de rescrip. & quod aliud dicendum non sit in reseruacione vsusfructus, & aliud in constitutione precarij, colligitur ex ijs, quæ in terminis voluit Bal. post alios in d. l. si quis. §. pen. C. de dona. qui illum tex. loquentē de eo qui sibi reseruauit vsufructum, allegat & adducit ad eum, qui constituit precario simpliciter possidere, & ita similiter faciunt, & allegant doct. communiter in d. l. interdū. in d. l. quod meo. & Ant. de But. in d. c. cum venissent. Secundo respondetur, quod si per reseruacionē vsusfructus transfertur. sola ciuilis, & retinetur naturalis, vt supra: quod verū est, nisi contrarium actum fuerit inter partes, videlicet, quod vtraq; possessio in donarium transferretur. ar. gu. l. certe. §. is qui. cum ibi not. ff. de precar. neq; hoc negant scribē. in d. l. interdū. & in d. l. quod meo. Sed ¶ quando vltra reseruacionē vsusfructus quis constituit se possidere nomine donarij, dicitur actum, q. per reseruacionem vsusfructus nulla sit ipsi reseruanti possessio reseruata, quia per constitutum vtraq; possessio transfertur, vt dictum est, sicut in simili, quādo vltra precarium factum fuit constitutum de possidēdo, penes illum, qui pactū precarij, & constituti appo fuit, nulla possessio remanet, sed vtraq; transfertur in eum, cuius nomine factum fuit constitutum, non attemptata natura precarij, per quod naturalis solet penes precario constituentem retineri, & sola ciuilis in eū, cuius nomine precarium factū fuit, transferri, vt in terminis voluit Bar. in d. l. interdū. in princ. Tertio rñdetur, q. in casu nostro ipse donator merè, liberè, purè, & simpliciter donauit rē cum pacto cōstituti, & ideo incontinenti vtraq; possessio rei fuit in monasterium donariū translata. Postea idem donator sub conditione, si nō faceret professionē, & monasteriū exiret, vel si ipse aliter vellet, hoc est si declarauerit se velle, iuxta not. in c. potuit. de loca. res. & uauit sibi vsufructū, ex qua reseruacione quis donator postea potuerit sibi acquirere naturalem possessionē iure mediante, & facto iudicis, non tñ potuit monasteriū facto suo, videlicet alij locando, sua possessione priuare. l. si id, qd. in prin. & in fi. & l. quemadmodū. ff. de acq. poss. & faciunt not. per Ant. de But. in d. c. cū venissent. de restit. spolia. ¶ Quod autē professio expressa, veluti supra est præsuppositū, facta fuerit p dictum fratrem Ioā. Bapt. in dicto monasterio, puto satis probatum fuisse p plures testes pro parte dicti monasterij examinatos: & si nihil de hoc p testes probatum fuisset, ¶ tamen satis plene dñ probatum per scripturam manu ipsius fratris Ioan. Baptistæ scriptam, & tempore suæ professionis confectam, de qua in processu habetur, quæ scriptura sola est per se sufficiens probatio, vt in c. iudua. 20. q. 1. c. omnes scemine. 27. q. 1. c. saluberrimum. 1. q. 7. p. Spe. in tit. de regular. §. 1. per glo. & Domin. de S. Gem. in c. nullus religiosus. de elec. lib. 6. qui dicit scripturā nō esse de essentia professionis, sed bene professionē per scripturā profitentis probari, et si in ea solum. diceretur q. renunciaisset seculo, vt in c. non solum. & ibi Domin. in notabilibus, de regu. iur. in 6. ¶ Et sequendo hanc opinionem ad fauorem dicti monasterij, superest, vt pluribus, quæ in contrarium adduci possent, responsum accommodetur. Nō obstat igitur primo, quod dictus frater Ioannes Baptista fuerit, seu sit in furore, aut dementia constitutus, ex quo sequitur, ¶ quod profitēdo nec se, nec sua obligauerit, quia nullum est votum, seu nulla est obligatio, quæ hunc mōte alienata. c. gonfaldus. 17. q. 2. & c. sicut tenor. c. de regular.

- 12 gular. Quia ad hoc breuiter respondetur, quod si ad uitandam professionem non sufficit probare illum, qui professus est, fuisse, uel esse furiosum, aut dementem, nisi probetur fuisse furiosum, & dementem illo tempore, & instanti, quo fuit professus: nam in tantum pro professione presumitur, quod dicenti profitemi fuisse furiosum, & dementem incumbit onus hoc probandi, quod tunc temporis ille talis fuerit in furore, uel dementia constitutus, ut est tex. iuncta gl. in ver. mentem. in d. c. sicut tenor: quod quidem non fuit probatum, nec etiam probari posse existimo, cum ueritas se in trium habeat, prout ex dictis plurium testium pro parte monasterii examinatum euidenter constat, & apparet, quod ipse tempore donationis factae non erat extra mentem, sed sanæ mentis, tum ex dictis testium, tum ex tenore donationis, & ex pactis, reservationibus, & iuribus, quæ dictus frater Ioannes Baptista sibi reseruauit, & fecit tempore donationis factae, prout quisque sanæ mentis potest ex tenore instrumenti percipere, cum ille uoluerit sibi providere nedum quoad statum presentem, sed etiam quoad futurum, ut prudentes faciunt. ¶ Secundo non obstat, quod si professio facta per dictum fratrem Ioannem Baptista ipsum non ligauerit, quia facta non fuit in religione approbata, qualis est ista Iesuatorum, ut colligitur ex ijs, quæ in terminis uolunt Abb. Aret. Ant. & Barb. in c. nullus. de foro compet. qui dicit Iesuatos non esse personas ecclesiasticas, nec religiosas, & subiungere iudici seculari, & ideo professio facta in tali ordine non debet profitemi ligare. c. unico. de uoto in 6. & cap. unico. de religio. domi. Quia respondetur, quod prædicta poterant dici uera esse tempore primæ foundationis dictæ regulæ, sed hodie dicta religio dicitur per sedem apostolicam approbata, ut patet ex pluribus priuilegiis, & literis, & indultis concessis dicto ordini per Pium Papam II. Sixtum IIII. Inno. 8. Alexandrum 6. Iulium 2. & Leonem 10. & præsertim per literas Innocentij, quibus concessum fuit, ut qui uoto se religioni obligauerint, dicantur profitemi in hac religione Iesuatorum uotum adimplere: Ex quo sequitur, quod dicitur esse religio approbata, alioquin quis eam ingrediendo, & in ea profitemi non diceretur uotum solemnizare. argum. d. c. unici. de uoto, in 6. cum ibi not. per Ant. de Butr. in c. meminimus. extra qui clerici. uel uouen. Præterea, ut uoluit Ant. de Butr. in d. c. nullus. & latè disputat, & sequitur Abb. in conf. 56. & est uerius, etiam tempore primæ foundationis dictæ regulæ ipsi Iesuati dicebantur persone ecclesiasticæ, & religioe sub foro ecclesiastico, & non seculari. ¶ Tertio non obstat, quod donatio facta per dictum fratrem Ioannem Baptista non ualuerit tanquam facta tumultuario mentis impulsu, per tex. in l. quicquid. ff. de reg. iur. in l. 3. ff. de diuor. & in l. licitatio. in princ. ff. de public. 14 respondetur, quod si etiam si hæc donatio facta esset, ut proximè præsupponitur, tamen debet dici ualida, & irruocabilis, quia donatio facta ecclesiæ etiam tumultuario mētis impulsu, & præsertim ab eo, qui se monasterio dedicauit, ualeat, & reuocari non potest. cap. sunt qui opes. 18. q. 4. quem tex. ad hoc pro singulari al legat Roma. in singul. suo. § 19. incip. uolo commendare. & habetur per Alex. in cōsi. 14. i. uolum. 1. per Docto. in c. sicut ex literis. de iureiur. & in d. c. in p̄sentia. 15 si quis inductus fuisset ad hoc faciendum dolo, & fraude Abbatis, & monachorum, ut in c. constituit. 20. q. 3. Et dicit Ant. de Butr. in c. fin. de dona. q. donatio facta ecclesiæ præsertim ab eo, qui religionem ingreditur, non potest reuocari, nisi uel propter defectum modi, uel propter turpitudinem peccati simoniae, uel propter dolum, & fraudem donatarii, uel propter superuenientiam filiorum, iuxta ea, quæ habentur in d. c. constituit. & in c. constituit. 16. q. ult. & in c. quicumque. 16. q. 3.

- 16 ¶ Quarto non aduersatur, quod si professio fuerit facta in manibus non habentis ius incorporandi ordini, nec potestatem professionem recipiendi, cum fuerit facta in manibus cuiusdam religiosi gerentis se pro priore, & non in manibus procuratoris, & uisitorum hanc potestatem habentium, ut in literis Iulij Papæ 2. & Leonis 10. continetur, ergo professio fuit nulla, nec ex ea quod dicitur in specie religioni, seu ordini obligatus, ut in cap. porrectu. & in c. ad apostolicam. & ibi Io. And. Anto. Abb. & alij, extra de regu. c. consuluit. qui clerici. uel uouen. Domin. in c. constitutione. de regula. in 6. circa si. qui Domin. etiam in c. nullus. de elect. in 6. dicit, quod Abbas, uel alter de eius mandato potest professionem recipere, alioquin non ualeret per ea, quæ uoluit Io. And. & alij in d. c. porrectu. quia responderi potest primo, quod professio ualuit, ex quo facta fuit in manibus prioris, qui presentibus omnibus religiosi dicti conuentus professionem recepit loco, ac nomine procuratoris, & uisitorum, per ea, quæ inquit Domin. in d. c. constitutionem. in §. alijs, qui dicit, quod professio fieri debet in manibus illius, qui potest ordini incorporare, ut Abbas, uel episcopi, uel alterius, qui eorum loco, & nomine recipiat, & consequenter innuit, quod simplex religiosus, qui nomine prælati sui professionem recipere, & non simpliciter, seu eius nomine, sit idoneus: Et ita potest intelligi tex. in d. c. uidua. 20. q. 1. & in c. si. qui clerici. uel uouen. Secus si religiosus simplex suo nomine, uel simpliciter professionem recipere, & ita intelligo text. in d. c. porrectu. & in d. c. ad apostolicam. & in d. c. constituit. Secundo si ualuit dicta professio facta in manibus prioris, & conuentus, quia ad hoc, ut professio ualeat, satis est, quod fiat uel in manibus prælati generalis, uel prælati immediati, puta prioris, & conuentus, qui de iure de hæc potestatem habere, ut colligitur ex ijs, quæ not. uoluit Cald. in conf. 3. in tit. de regula. & sequitur Domin. in c. si religiosus. & in c. nullus. & clarius in c. quorundam. in 2. col. §. 1. de elect. in 6. qui uult, quod prior in conuentuali ecclesia potest professionem accipere, & hoc suadet attendente ratione, quare professio non potest fieri in manibus simplicis religiosi, sed debet fieri in manibus habentis potestatem illam recipiendi, de qua per Abb. & alios in d. c. porrectu. & in d. c. ad apostolicam. & per Domin. in d. c. constitutione. circa si. ratio. n. est, quia cum hinc inde inter ingressum, & monasterium contrahatur quidam quasi contractus ultro, citroque obligatorius, nam ingreditur obligatur ad tria substantia regula, & monasterium obligatur ingrediendi ad alimenta præstanda, ut in c. cum ad monasterium. extra de statu mona. requiritur, quod pro monasterio interueniat persona, quæ recipiendo professionem possit monasterium obligare, sed si prior cum conuentu in conuentuali ecclesia potest monasterium obligare in ijs, ad quæ monasterium est destinatum, quia prior præ ceteris post abbatem debet esse potens in opere, & sermone, ut in c. no dicatis. 12. q. 1. d. c. quorundam. & d. c. cum ad monasterium. ergo prior cum conuentu dicitur persona idonea ad recipiendum professionem, & ad obligandum ingrediendum religioni in specie, nec non ad obligandum monasterium ipsi ingrediendi: ¶ Quo autem ad obligandum quem religioni in genere, sufficit, quod professio fuerit facta in manibus non habentis potestatem recipiendi, nec incorporandi in specie, & non solum. & c. constitutionem. de regula. in 6. & rationem differentie inter obligationem in genere, & in specie quoad casum nostrum refert Domin. in d. c. constitutione. circa si. si uero quis nec in genere, nec in specie haberet potestatem recipiendi, nec incorporandi, ut est merè laicus, & secularis, is recipiendo professionem non obligaret in genere, nec in specie ad tradita per Bar. i. auth. ingressi. C. de sacros. eccles. c. sacros. de

de elect. c. causam. de præscr. d. c. non solum. & d. cap. constitutionem. ¶ Quinto principaliter non aduersa
 22 tur, q̄ professio dicti fratris Ioannis Bap. non obliga
 uerit ipsū religioni, & ordini Iesuatorum, & sic in
 specie, sed duntaxat religioni in genere, quia facta, &
 recepta fuit infra annum probationis, quo casu pro
 fessio in regula mendicantium non obligat profiten
 tem religioni in specie, sed solū in genere, ut est text.
 in d. c. non solum. & in d. c. constitutionem. & fatetur
 ubiq; Doct. sed fr̄s Iesuati professionem emittere te
 nentur, sicuti emittunt religiosi ordinis S. Augustini,
 ut in eorū bullis, & privilegiis maximē Iulij II. & Leo
 nis X. h̄r, ergo ut mendicantes, seu ad instar mendi
 23 cantium profiteri tenentur, qm̄ religiosi S. Augusti
 ni, quales sunt heremitani, ut in d. c. quorundam. de
 elec. & in d. c. unico. de reli. do. in 6. & quales sunt præ
 dicatores, ut per Io. de Imo. in cle. 1. de elec. sunt men
 dicantes, ut in iuribus proximē alleg. ergo & Iesuati.
 Quod etiam suadet, quia religiosi Iesuati dicuntur
 esse pauperes, & hoc nomine nuncupantur, ac de fa
 cto mendicant, & uictum querunt, ut notorium est,
 ergo mendicantes dicuntur arguendo ab ethymolo
 gia uocabuli. arg. l. Tugurij. ff. de uer. sig. & l. j. in prin.
 ff. de acq. pos. cum simi. Cum igitur dictus Fr. Ioannes
 Baptista per professionem factam infra annum proba
 tionis religioni in specie non fuerit obligatus: se
 quitur, q̄ per talem professionem nec se, nec sua ipsi
 monasterio Iesuatorum dedicauerit, & consequēter
 usus fructus, quem ille sibi referuauit, & naturalis pos
 sessio, quam tpe donationis penes se retinuit, non di
 centur monasterio Iesuatorum acquisita per prædi
 cta. & argum. not. in d. auth. ingressi. Quia huic funda
 mento, quod est potissimum, potest optimē respon
 deri, q̄ posito, Iesuatos teneri profiteri, prout soliti
 sunt profiteri religiosi ordinis S. Augustini, tamen ex
 hoc non sequitur, ipsos teneri profiteri, sm̄ quod
 religiosi mendicantes profiteri tenentur, imō ex hoc
 24 totum cōtrarium innuitur, quoniam religiosi S. Au
 gustini simpliciter loquendo, attento fundamento,
 & propria natura regulæ, non dicuntur mendicantes,
 ut est tex. clarus in c. nolo. & in c. non dicatis. 16. q. 1.
 ubi beatus Aug. loquendo de eius regulā, & religio
 ne prohibet suos religiosos h̄re proprium in particu
 larē, sed in cōi permittit. Ex quo sequitur, q̄ non dici
 25 tur mendicantes, quia t̄ mendicantes dicitur, qui ex
 præcepto, uel ex cōstitutionibus regulæ non possunt
 ēt in cōi proprium h̄re, & mendicare tenentur, ut est
 gl. in c. quorundam. de ele. in 6. in c. constitutionem.
 de regul. eo. lib. in c. 1. de excess. præl. & in c. unico. de
 reli. dom. in 6. & hæc est propriē definitio mendican
 tiū, ut in terminis uoluit Dom. de S. Gemi. in d. c. uni
 co. in §. confirmatos. & hoc adducit ad probandum,
 q̄ regulā S. Augustini non sit mendicantium, quam
 uis quandoq; mendicent, & ibi idem sequitur Ioan.
 And. & h̄r per Cald. in consi. 17. in tit. de regula. & la
 tius in consi. 114. incip. super dubitationum articulis
 secundum ordinem libri mei antiqui: hæc. n. duo co
 putatiue requiruntur ad hoc, ut dicantur mendican
 tes, vcz, q̄ ex præcepto, uel constitutionibus regulæ
 uictum querant, item q̄ non possint habere propriū
 in communi ēt, & quamuis de facto mendicent, pro
 pter hoc tamen non dicuntur mendicantes, si possunt
 proprium in communi habere, ut est tex. clarus in d.
 c. nolo. iuncto d. c. nō dicatis. & ita in terminis decla
 rat Domi. in d. c. unico. §. cōfirmatos. in 1. col. ibi quæ
 ro, qui sunt mendicantes. post Io. And. ibi, & habetur
 per Fede. de Sen. in consi. 45. & per Domi. in d. c. non
 solum. in princ. 4. col. post Lap. in alleg. 4. quem alle
 gat, cuius uerba sunt hæc, nec obstat, q̄ habent posses
 siones, & non querūt uictum per quæstum, quia præ

pter hoc non tollitur, quin sint de ordine mendican
 tium, sicut uidemus, q̄ illi, qui nō sunt de ordine mē
 dicantium, qui non habent possessiones, de facto mē
 dicant, non tamen dicuntur mendicantes, nec prohi
 bentur possessiones h̄re, ut not. Paul. in clem. ut pro
 fessores. de regul. ita dicamus de illis, qui de iure, uel
 institutione regulæ sunt mendicantes, licet de facto
 non mendicent, quia ex priuilegio Papæ habent, uel
 habere possunt possessiones, & fructus recipere, ut ibi
 per Domi. & clarius in d. §. cōfirmatos. sed Iesuati ha
 bent proprium in cōi, nec probatum fuit per partem
 aduersam, q̄ hoc habeāt ex priuilegio Papæ, ergo nō
 dicuntur mendicantes, quis pro necessitate uictus qm̄
 que uictum querant, quod constat ex prædictis, & ma
 ximē cum Iesuati teneantur profiteri, secundū quod
 profitentur religiosi ordinis S. Augustini, qui simpli
 citer loquendo, prout loquuntur bullæ, & literæ Apo
 stolice dictorum Iesuatorum, non dñr mendicantes,
 ut ex prædictis euidenter apparet, ac ēt cōstat ex ordi
 ne canonicorum regulariū, qui sunt diuersi habitus,
 & coloris, & possunt habere proprium in communi,
 ut non mendicantes, ut habetur in extrauag. Martini
 Papæ III. incip. uiam ambrosia. & tamen dicuntur
 esse ordinis S. Augustini simpliciter, ut est gl. in cle. 1.
 de elect. Nec obstat, id, quod dicitur de heremitanis, &
 prædicatoribus, qui regulam S. Augustini profiteri di
 cuntur, ut in d. c. quorundam. & in d. c. unico. & per Io.
 de Imo. in d. clem. 1. & tamen dicitur mendicantes,
 quia respondetur, q̄ illi dicuntur mendicantes nō ex
 fundamento, & præcepto regulæ S. Augustini, sed ex
 eorum constitutionibus, ut habetur in locis præalle.
 Præterea in bullis Iesuatorum non dicitur, q̄ tenean
 tur profiteri, secundum quod soliti sunt, & tenentur
 prædicatores, seu heremitani S. Augustini, sed sim
 pliciter dicitur, q̄ teneantur profiteri, secundum q̄
 profitentur religiosi ordinis S. Augustini, inter quæ
 maxima est differentia: nam si, ut primo modo dictū
 est, diceretur in Bullis, utiq; argumentum procede
 ret, q̄ deberent profiteri, ut mendicantes, sed quia in
 Bullis dicitur, ut secundum modo dictum est, sequi
 26 tur, q̄ profitentur, ut non mendicantes, qm̄ t̄ simpli
 citer loquendo de regula S. Augustini, non compre
 henduntur mendicantes, nisi exprimatur alia quali
 tas per se mendicantem significans: & ideo iura uolē
 tia comprehendere mendicantes, qui sunt ordinis S.
 Augustini, uel loquuntur per uerbum generale men
 dicantes, uel per istam qualitatem heremitarum, uel
 fratrum prædicatorum S. Augustini, ut in c. quorun
 dam. in c. non solum. in c. constitutionem. & in c. vni
 co. præalleg. & Imo. in d. clem. 1. de elect. & in dubio
 faciēda est hæc interpretatio, ne ipsi fratres Iesuati de
 liquisse, & penam incurrisse dicantur. arg. l. merito.
 ff. pro soc. iuncto c. non solum. ubi mendicantes reci
 piendo professionem infra annum probationis pec
 cant, & penam suspensionis, ac aliā incurrunt, ut ibi.
 Et ad id, quod dictum fuit, Iesuatos esse, & uocari pau
 27 peres, facilis est r̄sio, quia t̄ non sequitur, sunt, seu uo
 cantur pauperes, ergo dñr mendicantes, secundum
 q̄ mendicantes in materia nostra capi debent, ut col
 ligitur ex tex. in l. id, quod pauperibus. & in l. si quis.
 C. de epi. & cle. & per Bal. ibi, & in auth. hoc ius porre
 28 ctū. C. de sacros. eccl. Præterea t̄ oēs religiosi regula
 res pauperes sunt, & paupertatē uouere tenentur. c. cū
 ad monasterium. de sta. mo. & c. duo sunt genera. 12.
 q. 1. Et tñ non omnes sunt mendicantes, ut probatur
 ex iuribus præalleg. Nec obstat, quod attenta ethy
 mologia, & allusione uocabuli illi dicantur mendi
 cantes, qui mendicant, & uictum querunt, ut in d. c.
 unico. §. confirmatos. hoc enim facile ex prædictis
 29 tollitur, quia t̄ standum est ethymologia, quando dif
 finitio

30 finitio uocabuli se aliter non habeat, ut in l. 1. ff. de testam. & Insti. cod. & habetur per Bart. & alios in l. 1. in prin. ff. de acq. poss. Sed pro priè loquendo mendicantes dñr, qui ex præcepto, uel constitutionibus regulæ tenentur mendicare, & proprium est in cõi hñe non possunt, & hæc duo copulatiuè requiruntur ad tradita per Domin. in d. c. unico. §. confirmatos. qui dicit hanc esse diffinitionem, quamuis de facto aliter contingat, ut quia de facto non mendicent, uel de facto, seu ex priuilegio possessiones habeant, ut declarat idẽ Domin. in d. c. non solum. in 4. col. post Lap. in sua allegatione 4. Vel saltem dicuntur mendicantes proprie illi, qui ex præcepto, & constitutionibus regulæ mendicare tenentur ad tradita per Imo. in l. Titia textores. in prin. ff. de leg. 1. Ergo ad ethymologiam uocabuli non est recurrendum. ¶ Vel secundo, redeundo ad dictam quintam oppositionem, illi responderi potest, quod professio in casu nostro facta fuit post annum probationis, & non infra, ut colligi potest ex deductis in processu, quia dictus Fr. Ioannes Baptista die prima Nouembris induit se habitu religionis, ut religionem probaret, postea donationem fecit circa finem mensis Augusti anni sequentis, & consequenter tempore donationis steterat cā probandi religionem per decem menses, uel circa, prout est ipse sic dixit, & confessus fuit, ac iurauit, ut legitur in instro donationis, deinde die 11. mensis Nouemb. post donationem factam professus fuit expressè in dicto monasterio, & sic clarè constat ipsum per annũ integrũ, & ultra ante professionem fecisse probationem, & ita secundum prædicta in terminis consuluit Cal. in cons. 114. inci. Super dubitationem articulus finem ordinem libri mei antiqui non impressi. ¶ Sexto principaliter non obstat, tenendo, quod Iesuati debeant, ut mendicantes, profiteri, quod ex professione dicti Fr. Ioannis Baptiste ipse non debet dici et in genere religioni obligatus, & ideo poterit liberè ad seculum redire, quia ex professione expressa facta infra annum probationis in ordine mendicantium quis religioni in genere obligatur, quando intendit, seu uoluit se obligare religioni nedum in specie, sed et in genere, secus si solũ intendit, & uoluit se tantummodo ordini, & religioni in specie obligare, & ita intelligatur tex. in d. c. non solum, & in d. c. constitutionem. ibiq; Domin. post Lapum, quia pro responsione dici potest, prius de iure uerius esse, per tex. in d. c. non solũ. & in d. c. constitutio nem. quæ iura loquuntur generaliter, ergo generaliter sunt intelligenda. l. de pretio. ff. de public. l. in fraudem. in fi. ff. de mili. testa. & ita est de mente Io. And. Archi. & aliorum cõiter ibi. Secundo si in terminis nostris bene consideretur forma professionis, manifestè constabit illam fuisse factam animo se obligandi et religioni in genere, quia promissit nedum priori Iesuatorum, sed et Deo omnipotenti, & Beatae uirgini tria substantialia regulæ, & seculo renunciauit, & consequenter eius intentionis fuit uelle se religioni in genere, & in specie obligare. Sed si præsupponamus, prout uerum est, fratres Iesuatos non teneri profiteri eo modo, quo profitentur fratres mendicantes, uel professionẽ fuisse factam post annum probationis, ut supra dictũ fuit, tunc cessabit obiectum, quia professio de iure ualebit, & professus dicetur obligatus religioni in specie, & sic ordinẽ Iesuatorum, per tex. in d. c. constitutionem. in fi. uer. ibiq; Domin. ¶ Ultimo non obstat, quod Iesuati oēs sint constituti in p̃cto mortali, quia pron-tendo in illo ordine dñr facere q̃ prohibitionem canonis, cum talis ordo non sit de approbatis, ut in d. c. unico. de relig. do. in 6. & in c. fi. extra eo. tit. unde ipsi non dñr personæ religioſæ, nec ecclesiasticæ, ut uoluit Scrib. & ibi Abb. in c. nullus. de so. comp. Qm̃ pro

solu-tione dicas, quod profitendo non faciunt q̃ prohibitionem canonis d. c. fi. & d. c. unici. de relig. do. quia illa iura locum habent solum in mendicantibus, & illi, qui religionem nullo modo approbatam ingrediuntur, ut declarat Domin. in d. c. unico. sed ordo Iesuatorum non est de mendicantibus, & est approbatus per sedem Ap̃licam, ut supra probatum fuit, ergo quis in illo ordine profitendo non dicitur peccare, sed efficitur persona religioſa, & ecclesiastica. arg. c. unici. de uo. & eorum, quæ Ant. de But. in d. c. meminimus qui cle. uel uo. ¶ Et sic ex prædictis stat firma conclusio, quod fructus sequeſtrati, oīum bonorum, ac et rei donatae sint relaxandi fratribus Iesuatorum, & illi tanquã ueri, & indubitati possessores dictæ rei donatae, & omnium bonorum dicti fratris Ioannis Bapt. in satisfactione præstanda sint præferendi, & præcipuè, quia negari non potest, quin saltem ex prædictis res inter ipsos litigantes dubia reddatur. & ideo in fauorẽ religionis q̃ commodum priuatum facienda est interpretatio. l. sunt personæ. ff. de reli. & sumpt. fu. & habetur per Bar. in auth. ingreſſi. col. 13. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Constitutio iusta, & bona est seruanda.
- 2 Monachi priuati prioratibus, prelaturis, & alijs officijs, quæ possidebant, an restitutionem petere possint. c. nu. 14.
- 3 Priores, & Abbates conuenticuales, seu claustrales possunt absque causa ad solum nutum superioris remoueri. Quid si ex malitia, & odio, & ex iniusta causa remouerentur, quomodo illi succurratur. nu. 9. & 15. Et quomodo de hac malitia, & iniusta causa constare dicatur. nu. 10.
- 4 Præuicacitiores, & contemptores ordinis alicuius religionis, quomodo sint puniendi.
- 5 Monachi denuncianteſ suum Abbatem, & superiorem, & instantes super correctione, & reformatione ordinis, tam in capite, quam in membris, non possunt per Abbatem denunciatum priuari, aut aliter puniri, si iam negotium super dicta correctione, & reformatione sit ceptum, & priuati sunt ex officio Papæ ſtituendi, & p̃neg contra illos late relaxande. Et quando negotium dicatur ceptum. nu. 13.
- 6 Subditus si accusauerit, seu denunciauerit suum superiorem de crimine, et iam inter ipsos super hoc, & correctione illius negotium sit ceptum, & pendeat, debet hic superior accusatus, seu denunciatus ab omni processu contra subditum abſtinere, per quem principalis negotij proſequutio impeditur.
- 7 Monachi denuncianteſ Abbatẽ, & suum superiorem, & instantes super correctione, & reformatione, si expensæ, illisq; necessariae ab Abbate denegauerint, possunt propria auctoritate, inuito Abbate, de bonis monasterij capere, sibiq; providere.
- 8 Minor pars capituli pro utilitate, et bono monasterij præfertur maiori parti.
- 9 Ad Papam, omisso quocunq; medio, recursus haberi potest.
- 10 In negotio Papæ, & corã illo iam cepto etiam super incidentibus, & dependentibus alijs inferior se inuoluerere non potest.

EPITOME habetur supra in summ. sub nu. 6.

CASVS CONSILII.

RENDENTE, seu cepto negotio super correctione, & reformatione, id in capite, quam in membris facienda in regula monachorũ S. Benedicti, & præsertim ad instantiam uenerandorum Patrum Fratris Vincentij Abbatis S. Petri de Eugubio, & fratris Ioannis Baptiste Prioris Sancti Michaelis de Scarchalafino, eiusdemq; adherentium, Reuerendũ Dom. Hippolytus de Mediolano, Abbas generalis totius congregationis, unã cum Prælatiſ dicti ordinis eidem adherentibus, & cum uoluntate Reuerendiſ, Cardinalis Protutoris, de qua constat per quæſ-

dam literas prefati Reuerend. D. Protectoris priuauit, & remouit dictos F. Vincentium ab Abbacia predicta, & Fr. Ioannem Bapt. a prænominato Prioratu sub pre-
textu, quod ipsi contrauenerint cuidam cōstitutioni di-
cti ordinis, que emanauit contra turbantes pacificum
statum dictæ religionis, & contra eos, qui malitiosè of-
ficio Abbatis generalis se opponerent, eidemq; Abbati re-
sistendo obedientia denegarent, & se totaliter rebella-
rent, prout latius in dicta cōstitutione cōtinetur, &
declarauit ipsos incurrisse penas in dicta cōstitutio-
ne contentas, quæ sunt infamia, & quod quis per-
petuò sit omnino priuatus officio Abbatis, prioratus,
& cuiuscunque dignitatis, officij, & honoris dictæ re-
ligionis, nec uocem habeat in capitulo: nec non idem
Reuerendus Abbas generalis quosdam alios mona-
chos dictis fratri Vincentio, & Ioanni Baptiste ad-
hærentes uoce actiua, & passiua priuauit: dubita-
tur nunc, an talis priuatio, amotio, & declaratio de in-
reperi potuerit, & facta an sit reuocanda, & aduersus
illâ prefati fratres, eisq; adhærentes sint ad eorū prela-
turas, & prioratus, officia, & ad omnia alia restituendū,
quibus priuati, & amoti fuerunt, non obstante dicta cō-
stitutione, ac declaratione postea subsequuta.

CONSILIV XXX.

MIDERTVR utique in proposita facti spe-
cie, & dubitatione prima facie dicendū,
q̄ priuatio, & amotio, ac declaratio ualue-
rit, & q̄ prefati fratres, & monachi, illisq;
adhærentes sic amoti, & priuati perpetuò debeant ef-
se priuati, & non sint ad eorū prelaturas, nec ad ius
dandi uocē in capitulo restituendi, & hoc ex uerbis di-
ctæ cōstitutionis, cui dñr quēnissē, illisq; penas in-
currisse, t̄ quæ cōstitutio tanq̄ iusta, illisq; penas in-
dargu. c. cum oēs. & c. ex parte. de cōstit. c. i. & c. ex
ore. de his, quæ fi. à ma. par. cap. Præterea t̄ prefati fra-
tres, & eisdem adhærentes non debent restitui ad eorū
prelaturas, officia, & prioratus, & ad ius dandi vo-
cem in capitulo, quāuis ēt iniuste illi priuati dici pos-
sent: nam ex quo ipsi non fuerunt expulsi de monaste-
rio, sed solū priuati prioratibus, prelaturis, & officiis,
quæ possidebant, non debent audiri petentes restitu-
tionem. arg. c. cum ad monasteriū. §. tales. & in §. ab-
bas. de sta. mo. & hoc uoluit Inn. in c. pe. de accu. & rō
est, qm̄ tales sic amoti non proprio noīe monasterij
hmōi prelaturas, officia, & administrationes posside-
bant, nec monasterium dñr spoliatum, cū possideat, er-
go nō debent restitui, ac ēt quia tales Priores, & Ab-
bates conuentuales pnt absq; cā remoueri ad solum
nutum Abbatis, & Superioris. d. §. tales. & h̄ per gl. in
c. 2. in fi. de sta. mo. & prout ex cōstitutionibus dictæ
religionis, & indultis illi concessis cauetur. Præterea
t̄ præuicacatores ordinis, aut contemptores, seu ne-
gligentes, non solum ab officio sunt deponēdi, sed &
alio modo fm̄ r̄sam ab Abbate sunt castigandi. d. c.
cum ad monasterium. §. abbas. ¶ Sed præmissis non
obstantibus, prium est concludendum, q̄ t̄ hmōi pri-
uatio, amotio, & declaratio t̄ dictos fratres, & eisdē
adhærentes, & denunciantes, & instantes super corre-
ctione, & reformatione in capite, & in mēbris ad ho-
norem, & utilitatem, ac bonum totius congregatio-
nis facta per dictum Reuer. Abbatem, ut supra, denū-
ciatum, uel per aliū pro ipso negotio super dicta cor-
rectione, & reformatione iam cōcepto sint relaxandæ,
& fratres sic spoliati, & amoti sint ad eorū prelatu-
ras, officia, & ad alia, quibus fuerunt priuati, ex offi-
cio Papæ restituendi, ut est text. clarus in d. c. pen. ex-

tra de accus. Nam t̄ pendente, & cōcepto iam negotio
inter superiorem, & subditos super criminibus supe-
rioris, seu super correctione, & reformatione in capi-
te, & in mēbris, debet ipse superior interim ab omni
processu contra subditos inchoando abstinere, per
quem posset impediri negotij principalis, hoc est re-
formationis, & correctionis prosequutio: & ideo si
contingeret interim processum aliquem contra sub-
ditos fieri, illosq; priuari, & amoueri, possunt ipsi pe-
tere saltem implorando officium superioris, puta Pa-
pæ, se contra Abbatem, & superiorem restitui, quo-
niam sic illicitè, & malitiosè censetur priuati, & spo-
liati, quinimodō t̄ tales subditi denunciantes, & in-
stantes super reformatione, & correctione hmōi, &
& sic isto modo spoliati, & priuati, si eis expensæ, illis-
q; neceffaria ab ipso Abbate, illisq; adhærentibus de-
negarentur, posset, ac eis licitum esset sibi ius pro-
pria auctoritate dicere, & propria auctoritate, inuito
Abbate, capere de bonis monasterij, sibi que prouide-
re, neque ex hoc posset contra illos agi, nec excipi de
spolio, cum ipsius monasterij utilitatem, & bonum
procurent, ita probatur in d. c. fi. & ibi Abb. & alij ca-
nonistæ communiter, & facit in simili id, quod habe-
tur in d. c. fi. de accu. & in c. uenerabili. cum ibi no. de
offi. dele. Nam t̄ pro utilitate, & bono monasterij præ-
fertur minor pars capituli, quia censetur melior, & sa-
nior pars, maiori parti capituli, & conuentus, ut in c.
quanto. de his, quæ fi. à præl. sine consen. cap. & c. j. cū
ibi not. de his, quæ fi. à ma. par. cap. Et faciunt ad præ-
dicta etiam illa, t̄ quæ uoluit Inno. in c. insinuante. qd̄
est c. fi. qui ele. uel uouen. qui dicit, q̄ si casus occurre-
ret, in quo Abbas, uel superior uellet ex malitia remo-
uere eum, quem deputauit, & quem aliās ad nutū re-
mouere posset, ille posset supplicare superiorem, &
superior illum audire deberet ad similitudinem ser-
ui. l. i. C. de prec. imper. offer. Accedant etiam ea, quæ
uolunt Ioan. Andr. & alij, maximè Moder. in c. cum
singula. de præben. in 6. ubi dicunt per not. ab Inn. in
d. c. insinuante. q̄ si Prior, qui aliās potest remoueri
ad nutum Abbatis, remoueat sine iusta causa ex o-
dio, uel alia iniusta causa, talis Prior potest querelam
deponere coram superiore ipsius Abbatis, supplican-
do ad instar serui, & per superiorem talis uolūtas sub
rōne restringetur, ut habetur per Io. de Imo. in clem.
quia regulares. de suppl. negl. præl. referendo Do. An-
tonium de But. qui dicit, q̄ si Abbas remouet Priorē
claustralem ex causa iniusta, & ex malitia, & hoc ap-
pareat, tunc reuocatio, & remotio nō ualet, & potest
officium superioris implorari: & ita est de mēte Flo-
ria. ibi, & sequitur Philip. Perusi. post Pet. de Anchi. in
d. c. cum singula. & secundum prædicta debent decla-
rari illa, quæ habentur in c. 2. §. priores. per gloss. & in
c. cum ad monasterium. §. tales. cum sim. de statu mo-
nac. dum ibi præsupponitur, quod Priores claustrales
possint remoueri ad solum nutum Abbatis, quia de-
bent intelligi, quando constaret, quod remotio fie-
ret ex causa iusta, secus si constaret, quod ex malitia,
& ex causa iniusta, & t̄ constare dicitur hoc ex mali-
tia, & iniusta causa fieri, quando fuisset remotio, & pri-
uatio facta per Abbatem, cōcepto negotio correctionis,
& reformationis contra Abbatem ex denuncia-
tione Prioris remoti, ut est tex. & ibi Abb. do. Ant. &
alij omnes in d. c. pen. de accu. & hac sunt expressè de
mente Philip. in d. c. cum singula. in princ. in ult. col.
ergo contra Abbatem remouentem in hoc casu po-
test implorari officium superioris, & cōsequenter
Papæ, t̄ ad quem, omisso quocunque alio medio, po-
test recursus haberi. c. ad Romanam. 3. q. 6. iunctis ijs,
quæ post alios uolunt dom. Anto. & Abb. in d. c. pen.
& in c. cum dilecta. in glo. fi. de refer. ¶ Præterea cum

g pro